Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift



46

confringent in predicto horribili globo.
b nde et adherebit inquit his rebus animę
eędem quas dilexerunt. relictę in eodem
tenebrarum globo suis meritis id sibi con
querentes. Certę non est liberum uolunta
tis arbitrium. Videte quomodo insaniens
quid dicat ignorat. et contraria sibi loquen
do. penitus bellum contra se gerit. quam contra
deum ipsius. Deinde si preterea dampnatur anime
lucis quia dilexerunt tenebras. in iuste dampnatur.
b ens tenebras que lucem dilexit. i gens quidem te
nebras lucem ab initio dilexit. Quare si uolentem
tam possidere uoluit non extinguere. Lucis autem
natura in bello tenebras extinguere uoluit.
eius uero uicta dixit. Quod uultis eligite. Utrum neces
sitate compulsa ut diligeret tenebras. an uo
luntate seducta. Si necessitate. quare dampnatur.
S i uoluntate. quare dei natura in tanta iniqui
tate deprehenditur. Si necessitate coacta est
diligere tenebras. uicta est ergo non uicit. Si uolunta
te quid iam miseri dubitant peccandi uolunta
tem tribuere naturę quam deus ex nichilo fecit. ne
tribuant eam luci quam genuit. Quod si etiam